

Ad Hebræos

G decimas dedisset, nisi excellentiorem esse sciret, in quo & Leuitici sacerdotes decimas ei persoluerūt. Filij Leui sumebant à fratribus, sed ille [cuius generatio, i. posteritas filiorū, quia nulla est, vel etiā si esset,] nō annumeratur in eis. i. in filiis Leui, nec aliquā consanguinitatem habere cum eis refertur, [decimas sumpsit ab Abraā.] Quē sic per omnia supauit, vt nulla vis esse facta possit intelligi, quādo illi Abraā decimas ex omnibus persoluit, sicut populus Iudæorū quadā vi & necessitate cōpellebatur dare suis decimas sacerdotibus. Horū sensus ita breuiter panditur: Tali modo patet Melchisedec digniorē & maiorem esse filiis Leui, quia ipse ab Abraā maiore oībus illis decimas sumpsit vt à minori, Leuiticus autē ordo non à minori se, sed à fratribus accepit. Nā si Leuitici sacerdotes etiā paribus genere. i. fratribus suis prestātores erant sacerdoti cōsecratione & legis institutione, quoniā H decimas ab eis accipiebant, tunc Melchisedec dignius p̄fertur Abraā, à quo decimas accepit quasi sacerdos à laico, & filiis Leui quos in eius lumbis decimauit. Nō enī Melchisedec & Abraā eiusdem generis esse leguntur, vt vel in genere pares esse possint. Et si Melchisedec qui fuit signū & vmbra, p̄fertur Abraā & oībus Leuiticis sacerdotibus, quāto magis Christus qui est veritas & corp⁹? Dixit quia decimas sumpsit ab Abraā, [&] etiā benedixit eū, per quod magna eius excellētia declaratur, quia tam magnū patriarchā, [qui habebat,] hoc est, qui tam firmiter credebat ac si iam haberet [re]promissiones. i. iteratas ad se diuinitus promissiones, [benedixit. i. sacrauit, hoc est, illū benedixit, cui deus benedictionē repromiserat. Cuius benedictione Abraā factus est sacerdoti, & nō benedixit eum, sed decimas ei dedit, vt minor maior. Abraam ab eo percepit benedictionē. sed [sine vlla cōtradictione] verū est, quia illud [quod minus est, benedicitur] à maiore vel [à meliore.] Nemo enī cōtradecere potest huic rationi, sed omnes hoc cōstare nouere, quia omne quod benedicitur, min⁹ est benedictē. Omnis enī qui benedictionē ab aliquo suscipit, in ipsa susceptiōe probatur esse minor. Sed Abraā (vt sæpe dictū est) benedictionē suscepit à Melchisedec in tēpore maioris suæ dignitatis, dum cum triūpho rediret ē p̄elio. Ergo minor esse nō potest negari: & si tipus Christi, id est, Melchisedec maior est promissiones habente, quān est ipse Christus.

Et hīc quidem decimas morientes homines accipiunt, ibi autem cōtestatur quia uiuit. & vt ita dictū sit, per Abraam & Leui qui decimas accepit, decimatus est. adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiavit ei Melchisedec.

Et adhuc alia ratione intuemini dignitatē Melchisedec, quia [hic quidē. i. in hoc loco scripturæ, ubi agitur de Leuiticis sacerdotib⁹,] accipit decimas homines moriētes. i. ad mortē quotidie per multas misērias vergētes: hoc est, de illis loquitur

scriptura sicut de hominibus, quorū alij moriūtur & alij succēdūt: sed [ibi. i. ubi sermo est de Melchisedec,] cōtestatur [scriptura] [quia] ipse [uiuit,] dū de vita ei⁹ loquitur, & de morte nihil dicit. Per qđ dignior omnibus aliis sacerdotib⁹ sufficienter ostēditur. Cōtestatur enī. i. simul tota illa scriptura quē de eo est, testatur quia uiuit. Et cū filij Leui sint moriētes, & iste viuēs, apparet quis sit p̄ferendus. Et alio adhuc modo patet eū esse maiore filiis Leui, quoniā Leui qđ decimas accepit, ipsi Melchisedec decimas p̄soluit, & hoc est. Quia [& Leui. i. illa tribus Leuitica, vnde sacerdotes de⁹ elegit, & ille quoq; electus ordo,] [qui decimas] ab omnib⁹ aliis [accepit, decimatus est] à Melchisedec. i. decimas ei persoluit, & hoc [p. Abraā.] nō enim p̄prie in sua persona Leui decimas dedit circuncisus sacerdos incircūcisus. Sed vt ita dictū sit cōstans, non p̄ se decimat⁹ est, sed per mediū. i. per Abraā patrē suū. [Adhuc enī erat in lūbis patris] ipse Leui pater sacerdotalis. p̄ap̄. i. nondū exierat inde secundā geniturā, quādo Melchisedec obuiavit Abraā. Et ideo tot⁹ ordo Leuitic⁹ ipsi Melchisedec attributus est in eodē debito & eadē subiectione in qua Abraā pater ei⁹. Adhuc enī vnū quid erat Leui cū illo, quoniā post genit⁹ est ab ipso. Et ideo necesse est vt eadē subiciatur, cui subiectus est pater eius anteqm illū genuisset. Vnde patet sacerdotiū Iudæorū esse subiectū sacerdotiū Christianorū. Decimat⁹ est enī Leui per Abraā à Melchisedec, quoniā adhuc in lūbis patris erat decimas dātis. Nam sicut Adā peccāte, qui in lūbis ei⁹ erat, peccauere: sic Abraā decimas dante, qui in lūbis eius erat, decimati sunt. Sed hoc nō sequitur in Christo, quis esset in lūbis Adæ & Abraā, quia nō secundū cōcupiscentiā carnis inde p̄cessit. Nō enī & ille ibi decimatus est, cui⁹ caro inde nō feruorē vulneris, sed materiē medicaminis traxit. Nā cū ipsa decimatio ad p̄figurandā medicinā pertinuerit, illud in Abraā carne decimabatur qđ curabatur, nō illud vnde curabatur. Et ita Christi⁹ nō est inferior Melchisedec, quia nō est decimat⁹ ab eo, sicut Leuitic⁹ ordo, qui ei per Abraā decimas soluit. Eadē nanq; caro nō Abraā tantū, sed ipsius primi hominis, simul habebat & vuln⁹ p̄uaricationis & medicamentū vulneris. Vuln⁹ p̄uaricationis in lege mēbrorum repugnāte legi mentis, quæ per omnē inde propagatam carnem seminali ratione quasi transcribitur: medicamentum autem vulneris in eo, quod inde sine opere concupiscentiæ in sola materia corporali per diuinam conceptionis formationisq; rationem de virgine sumptum est, propter mortis sine iniquitate consortium, & resurrectionis sine falsitate exemplum.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedec alium surgere sacerdotem, & nō secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse

K

L

M

Rom. 7.